Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26078
Copyright: Admont, Benediktinerstift

quis enarrabit? quia abscisus est de terra uiuentium, propter scelus populi mei
uel percussi eum
percussit eos. et dabit impios pro sepultura. et diuitem pro morte sua.
eo quod iniquitatem non fecerit. neque dolus fuerit in ore eius. et dominus uo
luit conterere eum in infirmitate. lxx. Sic ouis ad uictimam duc
tus est et sicut agnus coram tondente mutus. sic non aperuit os suum.
In humilitate iudicium eius sublatum est. generationem illius quis enarra
bit. quia tollitur de terra uita eius. ab iniquitatibus populi mei ductus est
ad mortem. Et dabo pessimos pro sepultura eius et diuites pro morte
illius. quia iniquitatem non fecit neque dolus in ore suo. et dominus uult mun
dare eum a plaga. Hoc testimonium cum in actibus apostolorum reginae can
dacis eunuchus reda ueheretur et legens non intellegeret interpretan
te philippo super passione et nomine saluatoris intellexit et sta
tim baptizatus in agni sanguine quem legebat uir meruit
appellari. et apostolus genti ethiopum missus est. Qui ergo oblatus est pila
to quia ipse uoluit et non respondit ut patibulum pro nobis dampna
tus ascenderet. ipse sicut ouis ad occisionem ductus est. et quasi agnus
coram tondente obmutuit. et enim pascha nostrum immolatus est christus.
Quem iohannes baptista monstrabat dicens. ecce agnus dei ecce qui
tollit peccata mundi. qui et in apocalipsi IOHANNIS. occisus sepe
memoratur. qui de se ipso loquitur in ieremia. Ego autem sicut agnus in
nocens et ductus ad uictimam nesciebam. Cum enim nesciret peccatum.
pro nobis peccatum factus est. et sic agnus cum ducitur ad uictimam non re
pugnat. sic ille passus est uoluntate. ut destrueret eum qui mor
tis habebat imperium. humilians se usque ad mortem et mortem autem cru
cis. hic agnus est in cuius typo immolabatur agnus cuius cru
or litus in postibus exterminatorem fugabat egypti. qui nos non
solum sanguine suo redemit sed et lanis operuit ut algentes
in fide sua ueste calefaceret. et audiremus apostolum nobis lo
quentem. quodquot in christo baptizati estis christum induistis. et
in alio loco. induimini christo iesu. Quodque sequitur de angus